



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi, Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo Ecclesiastico

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q. 6. An talis absolutus à reservatis posset postea à Confessario non habente potestatem in reservata, absolvi ab aliquo reservato, in istâ confessione per oblivionem omissio?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

134 P. 3. De Jubileo extraordinario.
Thesauro Relig. l. 4. q. 73. & alii, con-
tra Suarez & alios affirmantes pecca-
re graviter.

Q. 6. An talis absolutus à reservatis,
posset postea à Confessario non habente po-
tustatem in reservata, absolvi ab aliquo
reservato, in istâ confessione per oblivio-
nem omisso?

R Consent probabilius posse, San-
chez supra n. 45. & De Matrim. l. 8.
disp. 15. n. 21. Filliucius tr. 7. n. 313.
Portel n. 19. Diana p. 3. tr. 4. R. 145.
Lugo n. 101. Castropalao n. 11. Dica-
stillo, De Pœnit. disp. 11. n. 163.

Ratio est: Quia, cum confessio
illa valida fuerit (ut supponimus)
Confessarius absolvens directè à sibi
declaratis, & indirectè ab omissis per
oblivionem, virtute Jubilæi, inten-
dit omninò auferre reservationem:
cùm absolvat quatenus potest, & re-
verà possit.

Idem est de omissis ex justâ causâ,
quæ excusat ab integritate materiali
confessionis. Lugo n. 116. Dicastillo
sup. & alii.

Non

Non est autem idem dicendum de votis tunc oblitis : non enim possunt, transacto Jubilæo verè non comparato, commutari, quantumvis alia specialia sint commutata. Quia, cum ea non sint verè sublata, nec auferendi privilegium sit obtentum, non poterunt auferri. Sanchez *cap. illo 54. & disp. illâ 15. n. 23. Portel. n. 19.*

Nota, probabilius nullam fore absolutionem à reservatis, si confessio non fuerit valida; ac consequenter, si oblivio alicujus reservati fuerit ita culpabilis, ut Sacramentum sit invalidum, remanebunt omnia reservata perinde ut ante istam confessionem. Facultas enim absolvendi à reservatis tempore Jubilæi conceditur in ordine ad consequendum Jubilæum, ad quod prærequiritur confessio, utique valida; ut antè dictum est. Emm. Rodríguez *Sum. p. c. 184. n. 13. Bonacina q. 7. pu. 5. §. 5. n. 8. & 9. cum Sanchez locis sup. citat. Suarez De Sacram. Pœnit. disp. 31. sect. 4. n. 22. Reginaldo & aliis, quibus*

236 P. 3. De Jubileo extraordinario,
quibus etiam magis adhæret Gobatus n. 265. Th. Tamburinus de Pœnit. tr. de Casibus reserv. c. 9. §. 5. n. 4. Castropalao de Pœnit. pu. 15. §. 6. n. 3. dicens, De oblitis vincibiliter, manifestum est non tolli reservationem. Enimverò ratio à nobis allata videtur non nemini adeò efficax, ut non videat, quomodò opposita sententia sustineri possit tanquàm probabilis.

Contrarium tamen sentiunt Cajetanus *Summ. v. Casuum reservatio*, Zechius *de Indulgentiis c. 2. n. 8.* Henriquez *l. 6. c. 6. n. 5.* citans multos: & aliquot citat Comitulus *Resp. moral. l. 1. q. 30.* quorum sententiam censent probabilem Bonacina *num. illo 9.* Diana *p. 1. tr. II. R. 18.* & admittit Lugo *De Pœnit. disp. 20. n. 110.* si pœnitens non advertit defectum; & cum eo Dicastillus *de Pœnit. disp. II. n. 175.* & Gobatus *suprà.*

Addunt Filliucius n. 313. Bonacina n. 8. cum aliis, etiam tempore Jubilæi,

bilæi, si confessio fuerit valida & in-
formis, tunc & validam fore absolu-
tionem à reservatis.

Q. 7. An possit quis tantùm dimidiatè
confitens, v. g. propter temporis angustias,
casus intricatos, &c. absolvi à casibus re-
servatis, dilatâ absolutione aliorum in
tempus commodius post Jubilæum?

Affirmant Emm. Rodriquez Sum.
p. I. c. 184. n. 12. Zecchius paulò antè
citatus; nec improbat Laurentius Por-
tel Dub. Regular. v. Indulgentia n. 6.

Verùm dicendum est, non pos-
se. Quia non licet dimidiare con-
fessionem nisi ex gravi causâ & ne-
cessitate, quæ inducat impossibili-
tatem physicam vel moralem inte-
grè confitendi omnia peccata mor-
talia; ut benè explicat Joannes de
Cardenas Crisi Theolog. dissert. 38. ad
proposit. 59. è 65. damnatis. Sic autem
habebat ista Propositio: *Licet Sacra-
mentaliter absolvere dimidiatè tantùm
confessos ratione magni concursûs Pœni-
tentium, qualis v. g. potest contingere in
die*